Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

expositionibus reseraret. Quid
plura? Quia dicente domino non potest
abscondi civitas supra montem posi-
ta. fama beati donati vulgari ce-
pit percussa. Et conveniebant ad eum
undique gaudentes eius doctrinis im-
bui. occulte propter acutissimum metum
Erat quippe Cesaris.
in eodem oppido quedam vidua
Syranna nomine utroque orba-
ta lumine: que facultates suas
in multos erogaverat medicos. et
a nullo eorum lumen perditum recipere
meruit. Huic erat filius nomine
herculinus. Quo hortante et duca-
tum prebente. ad beati hilariani cel-
lulam devenit. qua multi diver-
sis debilitati languoribus per dei omni-
potentis gratiam sanitati reddebantur
pristine. Hanc hylarianus intuens
ait ad beatum donatum. Hec mulier
in veritate anime et corporis orbata est
lumine. veruntamen caritatis obse-
quium amministrato cibo reficiat
et que via ducit abeat. Tunc posi-
ta ex more mensa. nam moris eorum
erat omnibus ad se venientibus ca-
ritatis officio deservire. et nemine
ieiunium dimitti. vocaverunt eam ut
cibum sumeret. At illa magis cla-
mare cepit vocibus. Erogavi frus-
tra medicis omnibus facultatibus meis.
exceptis prediis ut lumen recipere. nu-
da cum unico filio remansi. ipsa
etiam predia parata sum largiri pro
lumine. Nam beati donati tui secum
apud te commorantis famam audi-
vi. quam ob rem supplex ad tua hy-
lariane festinavi limina. num-
quam hinc recessura sum. nisi abeo

lumen recipiam. Quo audito. hy-
larianus ad beatum donatum ait. Num-
quid non dixi tibi fili. quia hec mu-
lier veraciter ceca est? Ad quem beatus
donatus. corporis inquit video cecitatem.
Hilarianus dixit. Et anime cecitatem
perpende. Nam a primevis temporibus
idola ceca adorat et insensibilia.
Tunc beatus donatus cum lacrimis
ait. O diabole. qui indesinenter in-
sidiaris generi humano. ipsum etiam
ovile christi sicut leo rugiens circuis
querens quem devores. At illa
magis ac magis cepit clamare.
cadens in terram cum lacrimis. Illu-
minate me ancillam vestram oro. quia
nudata sum a medicis. Cui beatus
donatus dixit. Quomodo illuminari
poteris? que quo illumineris non habes
oleum. Ad quem Syranna. habeo
inquit quatuor doliola plena oleo. Cui
beatus donatus dixit. Oleum illumina-
tionis tue non pinguedo est arborum
missa in doliolis fictilibus. sed ab-
lucio male conscientie. et puritas cor-
dis. et plenitudo non ficte fidei. Dix-
itque Syranna. Que est fides hec quam
a me requiris? Beatus donatus dixit.
Ut deponas pondus peccati. et deteste-
ris ydola ceca et surda. et suscipi-
as in auctorem fidei et consummatorem
ihesum. qui proposito sibi gaudio susti-
nuit crucem confusione contempta.
atque in dextera sedis dei sedet. et ab-
luaris aqua munda. et teneas spei
nostre confessionem indeclinabilem.
Audiens hec Syranna. misit con-
tinuo filium suum et iussit afferri
sibi capsam. in qua iovis et iunonis
habebat simulacra. Quibus allatis